

Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thur(ingie) lantgravius et Saxon(ie) | comes palatinus notum facimus universis et presentibus protestamur, quod, cum | nos burgenses nostros de Vriberc et civitatem velimus semper prosequi gratia | et favore, ad eorum instantiam specialem allodium quoddam situm | apud civitatem Vriberc, quod fuit Alberti de Vriberc et sue uxoris filie | domini Geuehardi de Haldecke et quod iidem burgenses pro centum et | quinquaginta marcis dinoscuntur emisse, civitati eidem cum omnibus suis | pertinentiis iure proprietatis dedimus imposterum possidendum volentes et liberaliter admittentes, ut dicti burgenses de eo commodum ordinent civitati, tale videlicet, quod veweide vulgariter nuncupatur. Ne | autem procedente tempore huiusmodi gratia memoratis burgensibus et civitati | infringi valeat vel mutari, eisdem super ipsa iussimus dari in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Dat. apud | Sconenberc anno domini M<sup>o</sup>CCLVIII<sup>o</sup>, XVIII<sup>o</sup> kalend. sept., secunde indictionis. | Huius rei testes sunt: Hermannus de Lobdeburc, Albertus dapifer de Burne, | Rudolfus de Luppe, Geuehardus de Haldecke, magister Christoforus curie nostre | notarius, Gozwinus scriptor noster de Vriberc et alii quamplures.

(SP.)

## 188.

*Markgraf Heinrich von Meißen übereignet dem Bistum Merseburg mit Zustimmung seines Sohnes Albrecht 4 Hufen in Webau, die der Ritter Gartolf von Geisla von ihm zu Lehen getragen und ihm zur Übereignung an das Bistum aufgelassen hat.*

1259 September 3, Schönburg

*Original: —*

*Abschrift (saec. XV): Merseburg, Domstiftsbibliothek, Cod. I, 118 (Chartularium magnum), fol. 29r (olim: XXVIr) (B).<sup>1)</sup>*

*Edition: Kehr, UB Hochstift Merseburg I, S. 232, Nr. 292 aus B.*

*Regest: Dobenecker III, S. 432, Nr. 2741 — Meves, Regesten, S. 560, Nr. 267.*

*Die Urkunde enthält Hinweise auf mögliche Deperdita, sofern die Belehnung Gartolfs von Geisla durch Markgraf Heinrich und die Auflassung der Güter ebenfalls beurkundet wurden; vgl. dazu die in der Vorbemerkung zu Nr. 3 genannten Beispiele für die Beurkundung solcher Rechtshandlungen. — Zur Sache vgl. Nr. 190.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Heinricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio, Thuring(ie) lantgravius et Saxon(ie) comes palatinus<sup>a)</sup> omnibus in perpetuum. Cum humane condicionis memoria sit labilis et inconstans, utile iudicamus,

188. a) sic B.

1) *Überschrift: Littera de quatuor mansis in Webow [sic] B. Zur Handschrift vgl. Kehr, UB Hochstift Merseburg I, S. XXI–XLIV (zu B siehe S. XXVI).*